

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Maria am
cum fontibus proximo et primis

Praeterea. Bernardus in V *De consid.* (c. 10; L. 182, 801),
dicit quod Dei Sapientia est illa
mulier evangelica,

Mulier euangelica,

que commiscuit tria sata farine fuit beata uirgo,
que incarnatione fermento fidei sue commiscuit tria sata:
nouum, antiquum et eternum,
scilicet animam de nouo creatam,

corpus de natura Adam,
et eternum in unione diuinitatis.

Bernardus libro V. de consideracione.

quae fermento fidei gloriosae Virginis tria sata commiscuit,
scilicet novum, antiquum et aeternum;
novum in creatione animae de nihilo;
antiquum in assumptione corporis de natura Adae;
aeternum in unione Deitatis.

Thomas de Aquino, *Scriptum super sententiis*, 3.4.1.1.3.2
(M.F. Moos ed., vol.3, p.158).

Advertere est in hoc admirabili sacramento,
iuxta numerum satorum,
mirae et decentissimae distinctionis gradus:
novum, antiquum, aeternum.
Novum: animam, quae de nihilo tunc creata creditur, cum infusa;
antiquum: carnem, quae a primo usque hominum,
id est ex Adam, traducta cognoscitur;
aeternum: Verbum, quod ab aeterno Patre coaeternum illi
genitum indubitata veritate asseritur.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione libri V.*, 5.23
(SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.485,
ll.16-21).